



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rei Poenitentis Simplex Et Hymnis Confessio**

**Coloniae Vbiorm, 1645**

CAP. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10133**

die, humani generis hostis, quoties de corrigenda vita deliberabam, immittebat in animum aliquam molestam cogitationem; cuius depellendæ causa, cum deberem confugere ad te, dulcedinem veram, voluptatem sanctam, suavitatem certam, hilaritatem summam, pacem securam, Deum totius consolationis; à lethibus mundi oblectamentis, adversus ægreditinem, auxilia petebam. Sed, quemadmodum æger, morbo gravis, quum æstu febrique jaçatur, si aquam egelidam biberit, prius relevari videtur, deinde multo gravius vehementiusque afflictatur; sic ego, voluptatum ope paululum, ut videbar, sublevatus, cum ab eisdem deserebar, opprimi me ab ægritudine acerbius intolerantiisq; sentiebam. nam ad superiores mœrendi causas, accedebat etiam dolor ille longe gravissimus ex offensis, tibi, Deo meo optimo amantissimoque, illatis. Hoc artificio habebat me pessimus ille totum in potestate; & versabat, quo cunque volebat.

## C A P. XIII.

**V**Erum, non es passus, me, diutius per abrupta cupiditatum mearum raptum, in varias libidinum salebras & saxa compelli; sed, frenis injectis, inhibuisti impetum meum; &, quia pertinacia peccandi, nullum jam lenibus ac jucundis curationibus locum reliqueram, a superioribus remediis audaciā meam coercendam esse duxisti. Quocirca, longo periculosoque percussum morbo, octo plane menses affixum lesto detinuisti. Quid mihi, tum misero, tua illa salubri paternaq; castigatione admonito, faciendum fuit prius, quam ut totas tibi